quæcunque ſe habent, vt aliud ad aliud. Semper autem poſteriora ſequuntur præcedentia: vtputa quæcunque numero, ſpecie quoque vnum ſunt: quæcunque vero ſpecie, non etiam numero, ſed genere cuncta vnum ſunt, quæcunque etiam ſpecie: quæcunque autem genere, non omnia ſpecie, ſed ſecundum analogiam: quęcunque verò analogia vnum, non omnia genere. Manifeſtum autem etiam eſt, quod multa quoque vni oppoſitè dicuntur. Quædam enim eo quod non ſint continua: quædam vero, eo quod diuiſibilem ſpeciem ſecundum materiam habeant, aut primam, aut vltimam: quædam autem, eo quod rationes, quod quid erat eſſe dicentes, plures ſint.

CAPVT VII.

ENs dicitur aliud ſecundum accidens, aliud per ſe. Secundum accidens quidem, vt iuſtum muſicum eſſe dicimus, & hominem muſicum, ac muſicum hominem ſimiliter dicentes. At cùm dicimus muſicum ædificare, quia accidit ædificatori muſico eſſe, aut muſico ædificatori. Hoc etenim hoc eſſe dicere, ſignificat hoc huic accidere. Ita igitur de iis, quæ dicta ſunt, cùm hominem dicimus muſicum eſſe, & muſicum hominem, aut album muſicum, ſiue hunc album: hoc quidem, quoniam ambo eidem accidunt: illud vero, quoniam enti accidit. Hoc autem muſicum hominem, quoniam huic muſicum accidit: ita etiam dicitur album eſſe, quoniam cui accidit illud eſt. Quæ igitur ſecundum accidens eſſe dicuntur, ita dicuntur, aut quoniam eidem enti ambo inſunt, aut illi enti ineſt: aut quoniam ipſum ineſt, cui ineſt, de quo ipſum prædicatur. Per ſe vero eſſe dicuntur, quæcunque ſignificant prædicationis figuras. Quoties enim dicuntur, toties ipſum eſſe ſignificant. Cùm ergo eorum, quæ prædicantur, quædam ipſum quid eſt ſignificent, quædam quale, quædam quantum, quędam ad aliquid, quædam facere, aut pati, quædam vbi, quædam quando, horum cuique idem ipſum eſſe ſignificat. Nihil enim differt, homo conualeſcens eſt, aut homo conualeſcit: & homo ambulans, vel incedens eſt, aut homo ambulat, vel incedit. Similiter in aliis quoque. Item ipſum eſſe, & ipſum eſt, ſignificat quod verum eſt: ipſum vero non eſſe, quod non verum, ſed falſum. Similiter, tã in affirmatione, quàm in negatione: vtputa, quod Socrates muſicus eſt, quoniam verum hoc eſt: aut quoniam Socrates non albus, quoniã verum.

A ὅσα ἔχει ὡς ἄλλο πρὸς ἄλλο. ἀεὶ δὲ τὰ ὕστερα τοῖς ἔμπροσθεν ἀκολουθεῖ· οἷον, ὅσα ἀριθμῷ, καὶ εἴδει ἕν· ὅσα δ᾽ εἴδει, οὐ πάντα ἀριθμῷ· ἀλλὰ γένει πάντα ἕν, ὅσαπερ καὶ εἴδει. ὅσα δὲ γένει, οὐ πάντα εἴδει, ἀλλὰ ἀναλογίᾳ· ὅσα δὲ ἐν ἀναλογίᾳ, οὐ πάντα γένει. φανερὸν δὲ, καὶ ὅτι τὰ πολλὰ ἀντικειμένως λεχθήσεται τῷ ἑνί. τὰ μὲν γὰρ, τῷ μὴ συνεχῆ εἶναι, B τὰ δὲ τῷ διαιρετὴν ἔχειν τὴν ὕλην κατὰ τὸ εἶδος, ἢ τὴν πρώτην, ἢ τὴν τελευταίαν. τὰ δὲ τῷ τοὺς λόγους πλείους εἶναι τοὺς τί ἦν εἶναι λέγοντας.

Κεφάλαιον ζ.

ΤΟ ὂν λέγεται, τὸ μὲν κατὰ συμβεβηκὸς, τὸ δὲ καθ᾽ αὑτό. κατὰ συμβεβηκὸς μὲν, οἷον τὸν δίκαιον μουσικὸν εἶναί φαμεν, καὶ τὸν ἄνθρωπον μουσικὸν, καὶ τὸ μουσικὸν ἄνθρω- C πον παραπλησίως λέγοντες· ὥσπερ τὸν μουσικὸν οἰκοδομεῖν, ὅτι συμβέβηκε τῷ οἰκοδόμῳ μουσικῷ εἶναι, ἢ τῷ μουσικῷ οἰκοδόμῳ. τὸ γὰρ τῷδ᾽ εἶναι τόδε, σημαίνει τὸ συμβεβηκέναι τόδε τῷδε. οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τῶν εἰρημένων, τὸν ἄνθρωπον ὅταν μουσικὸν λέγωμεν, καὶ τὸν μουσικὸν ἄνθρωπον, ἢ λευκὸν τὸν μουσικὸν, ἢ τοῦτον λευκὸν, τὸ μὲν ὅτι ἄμφω τῷ αὐτῷ συμβεβήκα- D σι, τὸ δ᾽ ὅτι τῷ ὄντι συμβέβηκε. τὸ δὲ μουσικὸν ἄνθρωπον εἶναι, ὅτι τούτῳ τὸ μουσικὸν συμβέβηκεν. οὕτω δὲ λέγεται καὶ τὸ λευκὸν εἶναι, ὅτι ᾧ συμβέβηκεν, ἐκεῖνό ἐστιν. τὰ μὲν οὖν κατὰ συμβεβηκὸς εἶναι λεγόμενα οὕτω λέγεται, ἢ διότι τῷ αὐτῷ ὄντι ἄμφω ὑπάρχει, ἢ ὅτι ὄντι ἐκείνῳ ὑπάρχει, ἢ ὅτι αὐτό ἐστιν ᾧ ὑπάρχει, οὗ αὐτὸ κατηγορεῖται· καθ᾽ αὑτὸ δὲ εἶναι λέγεται, ὅσα- E περ σημαίνει τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας. ὁσαχῶς λέγεται, τοσαυταχῶς τὸ εἶναι σημαίνει. ἐπεὶ οὖν τῶν κατηγορουμένων, τὰ μὲν τί ἐστι σημαίνει, τὰ δὲ ποιὸν, τὰ δὲ ποσὸν, τὰ δὲ πρός τι, τὰ δὲ ποιεῖν ἢ πάσχειν, τὰ δὲ ποὺ, τὰ δὲ πότε, ἑκάστῳ τούτων τὸ εἶναι ταὐτὸ σημαίνει. οὐδὲν γὰρ διαφέρει τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνων ἐστὶν, ἢ τὸ ἄνθρωπος ὑγιαίνει· ἢ τὸ ἄνθρωπος βαδίζων ἐστὶν, ἢ F τέμνων, τοῦ ἄνθρωπον βαδίζειν, ἢ τέμνειν. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων. ἔτι τὸ εἶναι σημαίνει καὶ τὸ ἔστιν, ὅτι ἀληθές· τὸ δὲ μὴ εἶναι, ὅτι οὐκ ἀληθὲς, ἀλλὰ ψεῦδος. ὁμοίως καὶ ἐπὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως· οἷον, ὅτι ἔστι Σωκράτης μουσικὸς, ὅτι ἀληθὲς τοῦτο· ἢ ὅτι Σωκράτης οὐ λευκὸς, ὅτι ἀληθές. τὸ δ᾽

οὐκ